Quid autem est tẽpus: et que ipsi⁹ naturasit ꝛ ex traditis immanifestum est et de quibus attingimus aduenientes prius. Quidã eñ totius quidem motũ dicunt. Alij aũt ipsam spheram. Quãuis circulatiõis et pars tps quoddã est. Circulatio autẽ non est: pars eñ circulationis est q̃ accipitur; sed non circulatio. Amplius aũt si plures essent celi: similiter esset tps cuiusl ubet ipsoꝝ motus. Quare multa tpa simul. Totius autem sphera visa est quidem dicentibus esse tempus: qr in tpe oĩa sunt et in toti⁹ sphera. Est aũt sultius qd̃ ὁr: c̃ et qd̃ est de ℔ impossibilia considerare. Eñ autem videt maxime mot⁹ eẽ et mutatio quedã: tps ℔ cõsidrãdũ ẽ. Uniuscuiusq; q̃dẽ igit mutatio ꝛ mot⁹ in ipo mutato p alterationẽ et augmentũ mutatio est solũ: aut vbi fortasse est ipsum qd̃ mouetur et transmutat. Tps autẽ sil ꝛ vbiq; et apud oĩa est. Amplι⁹ aũt mutatio quidẽ oĩs velocior aut tardior est tps aũt nõ ẽ Tardũ aũt et velox tempore determinant: velox q̃dẽ qd̃ in pauto multũ mouet. Tardũ aũt qd̃ in multo paucũ. Tps aũt non determinat tpe: neq; quo quantum aliquid est: neq; quo quale. Qd̃ quidem igit nõ est mot⁹ manifestum est Nihil aũt differat nobis dicere in presenti motũ aut mutationem. Atuero neq; sine motu tempus est. Cũ eñ nihil ipsi mutamur ẽm in-

telligentiam: aut latet trāsmutantes: non videtur nobis fieri tempus: sicut
neq; qui in sardo fabulantur dormire apud heroes cū expergiscūt. Copulāt
eñ nunc primū posteriori nunc: et vnum faciunt remouentes ppter insensi-
bilitatem medium. Tanq; igitur si non esset medium nūc: sed idē et vnū non
esset tempus. Sic et quoniam latet alterū esse: non videtur mediū esse tēp⁹.
Si igitur non opinari esse tempus tunc accidit nobis tempus cū non diffini-
mus nec vnam mutationem: sz in vno indiuisibili videtur ala manere. Cum
autē sentimus et determinamus: tunc dicimus fieri tempus: manifestū q; nō
est sine motu neq; mutatione tempus. Q; igitur neq; motus neq; sine motu
temp⁹ ē manifestū est. Accipiendū aūt qñ querim⁹. qđ sit tps ab hinc incipi-
tibus quid motus est. Simul eñ motū sentim⁹ et temp⁹. Et nanq; si sint te-
nebre: et nihil per corp⁹ patiamur: motus aūt aliquis in anima fit subito sil
videtur fieri quoddā temp⁹ Atueto et cū tempus videtur fieri aliquid simul
et motus aliquis fieri videtur. Quare aut motus: aut motus aliquid ē tēp⁹
Qñ autem non est motus: necesse est motus aliquid esse ipsum. Quoniam
autem quod mouetur: mouetur ex quodam in quoddam: et oīs magnitudo
continua sequitur magnitudinem motus propter id eñ q; magnitudo con-
tinua est: et motus continuus erit. Quantus eñ mot⁹ est: tantum et temp⁹
videtur fieri. Prius aūt et posterius in loco primū sunt. Hec autem positione
sunt determinata. Qñ autem in magnitudine primū et vltimū est: necesse ē
in motu prius et posterius esse proportionaliter his: que sunt ibi. Atuero et
in tpe ē prius et posterius ppter id qđ sequitur semp alterū ipsorum. Est autē
prius et posterius ipsorum in motu qđ equidē ens mot⁹ ē: tamen esse ipsius
alterum ē: et non ē motus Atuero et tempus cognoscim⁹ cū diffinim⁹ motū
prius et posterius determinantes: et tūc dicim⁹ fieri tēpus: quando in motu

prius et posterius sensu capiamus. Determinamus autem in accipiendo aliud et aliud ipsum: et medium ipsorum alterum. Cum enim altera extrema medij intelligimus: et duo dicat anima ipsa: nunc hoc quidem prius illud vero posterius: et tunc et hoc dicimus esse tempus. Determinatum enim ipso nunc tempus esse videtur et supponatur: Quando quidem igitur tangit ipsum ynum nunc sentimus: et non sit sicut prius et posterius in motu: aut vt idem quidem prioris aut posterioris alicuius: non videtur tempus fieri yllum quia nec motus. Cum autem prius et posterius ē tunc dicimus tempus. Hoc enim est tempus Numerus motus sm prius et posterius. Non ergo motus tempus est: hz sm q numerum habet motus. Signum est autē pl⁹ quidem enim et minus iudicamus numero. Motum autē in plurem et minorē tempo⁊. Numerus itaq; quidam tempus est. Quoniam autem numer⁹ est dupliciter et nanq; qđ numeratus et numerabile numerum dicimus: et quo numeramus: tempus autē est quod nūerat: et nō quo numeram⁹. Est autē alterum quo nūeram⁹: ⁊ qđ nūerat.

Capitulum Tercium de substantia ipsius temporis videlicet ipso nunc.

Et sicut motus semper aliud et aliud sic et tempus. Qđ autem sit omne tempus idem est Ipsum enim nunc idem est: et qđ quidē erat. et autē ipi alterum est. Ipsum autē nunc tps mensurat sm qđ prius et posteri⁹ ē. Ipsum autē nunc est quidem sicut idem: est vero sicut non idem: sm quidē enim q in alio et in alio alterum est. Hoc vero erat ipsi nunc esse. Inquantum autē qđcūq; ens ē ipsum nūc idē est. Sequit enim sicut dictū est magnitudinē mot⁹ hūc autē tps sicut dicim⁹. Et similiter igit̄ pūcto qđ fert quo motū cognoscimus ⁊ prius in ipso et posterius hoc: quia quidē quodcūq; ens idē ē. Aut enim punctū: aut linea aut lapis aut aliqđ aliud huiusmodi ē. Rōne autē aliud ē.

sicut sophiste accipiunt alterum cousecum in theatro esse: et cousecum in foro.

Et ꝫ igitur in eo qꝺ alibi et alibi alterum est. Illud autem qꝺ fertur sequitur ipsum nunc: sicut tẽpus motum. Eo eñ qꝺ fertur cognoscim⁹ pu⁹ ⁊ posteri⁹ in motu. Sum autem qꝺ numerabile pñs et posteriꝰ ipsũ nunc est. Quare et in his: qꝺ quidem eus nunc est idem est pu⁹ eñ et posterius ẽ qꝺ in motu. Esse autem alterum: ſm eñ qꝺ numerabile ẽ pu⁹ ⁊ posteri⁹ ipsũ nũc est Et no tum aũt maxime hꝺ est. Et motus eñ p id qꝺ mouetur et loci mutatio per id qꝺ fertur: hoc aliquid eñ qꝺ fertur: motus aut ẽ nõ. Est quidẽ igit sicut idẽ ipsũ qꝺ nunc dicitur semper. Est autem sicut nõ idem. Et nãq ẽ similiter qꝺ fertur. Manifestum aũt ẽ: qꝺ nisi tempus sit: ipsũ nunc nõ erit. et siquidẽ ipm nunc non erit: tempus nõ erit simul eñ sunt: sicut quod fertur ⁊ loci mutatio. sic et numerus qui est eius quod fertur et qui est loci mutationis numer⁹. Tẽ- pus quidem eñ est loci mutationis numerus. Ipsum autem nunc vt quod fertur vt vnitas numeri. Et continuum iam tempus est ipsi nunc et diuidit ſm ipsum nunc: Sequitur enim hoc ad loci mutationem: et ad id qꝺ fertur: et motus eñ et loci mutatio vna est ab eo qꝺ fertur: quia vnum et nõ quod- cunq; ens. Et nanq; deficiet sed aut ratione: et nãq; determinat priorem et posteriorem motum hoc. Sequitur autem hoc et quodammodo ad punctuꝫ Et punctum enim continuat longitudinem et determinat. Est enim huius quidem pincipium illius autem finis. Sed cum sic quidem accipiat aliquis tanq; duobus vtens vno: necesse ẽ stare si pincipium et finis idẽ pũctũ erit Ipsum autem nunc propter id quod mouetur qꝺ fert semper alterũ ẽ Quare temp⁹ nũctus nõ sicut eiusdẽ pũcti qꝺ est pincipium et finis ſz sicut vltima eiusdẽ magis et non sicut ptes: et ꝓpter qꝺ dictũ ẽ: Aſ edio eñ pũcto tanq; duobus vtetur ergo quiescere accidit. Et adhuc manifestũ q; nulla pars ipm

nunc tempous est neq; diuisio motus: sicut nec pūcta linee: linee eñ due p-
tes vnius sunt. Sz̄m quidem igitur q̄ est terminus ipm nunc non est temp⁹
sed accidit. Scōm vero qō numerat numerus non oportet qō sit in eo cuius
est numerus. Termini quidem eñ illi⁹ solū cuius sunt termini. Numerus aūt
qui est horum equorum decem alibi et alibi est. Q̄ quidem igitur tempus est
nūer⁹ mot⁹ f̄m pūus et pōsteri⁹ sit et continuū cōtinui nanq; manifestum est.

Capitulum quartum in quo ex diffinitione data redit ad rationem eorum que de tempore dicuntur.

Animus autem numerus q̄ simplr quidem dualitas est. Quidam autem numerus est: qui est quidem sicut est aut tanq; non vt linee minimā multitudine quidem est due aut vna. Magnitudine quidem nō est minima. Semper eñ diuiditur omnis linea. Quare similiter et tps minimū eñ quidem est scōm nūerum vnū aut duo: f̄m vero magnitudinē nō ē. Manifestum est autem ꝓpter qō tardum et velox nō dicitur. Multū aūt t paucū et breue et longū. Sz̄m eñ quidem q̄ continuum est et longū et breue. Scōz autem q̄ numerus multum et paucum: velox autem et tardum non ē. Neq; eñ numerus quo numeramus velox et tardus nullus est. Et idem aūt vbiq; simul et pūus et posterius non idē: quia et mutacio presens quidē vna facta autem et futura altera est. Tempus autem numerus est: non quo numeram⁹: sed quod numeratur. Huic autem accidit pūus t posterius semper alterum t alterum. Ipsa enim nūc semper altera. Est autem numerus vnus quidem et idē q̄ est centū equoꝝ: et q̄ ē cētū homi. Quoꝝ aūt nūer⁹ altera sunt: vt equi ab hoibus. Amplius sicut contingit motum esse eundē: et vnū iteꝝ et iteruꝝ sic et tempus contingit: vt hyemem aut ver aut autumnum. Non solum aūt motū tempore metimur sed motu tempus: propter diffiniri adinuicē. Tpus

quidem eñ determinat motū: cum sit numerus ipsius motus autem temp⁹.
Et dicimus multun aut paucum esse tempus motu mensurantes: sicut et in
numerabili numerū. Numero quidem equoꝝ multitudinē cognoscim⁹ Itez
aūt vno equo equorum numerum ipsū similiter autē et in tpe et in motu est.
Tpe q̄dem eñ motū: motu aūt tempus mensuram⁹. Et h̄ rōnabilr accidit.
Imitatur eñ magnitudinem q̄dem mot⁹ hūc aūt tps. eo q̄ quāta z cōtinua
sint diuisibilia: ppter quod eñ magnitudinē esse huiusmodi mot⁹ h̄ sustinet
ppter aut motū temp⁹: et mensuram⁹ magnitudinē motu: et motū magni-
tudine. Multā eñ dicimus esse viam: si processus multus. Et hūc multum:
si via multa. Si igitur tempus sit motus et motum si tempus.

Capitulum Quintum in quo cōparat tempus ad motum et alia que sunt in ipso.

Voniam autem tempus metrum motus: et eius quod est moueri.
Mensurat autem sic motū in determinando quendā motū: q̄ mē-
surabit totū sicut longitudinem cubit⁹: in determinando aliquā magnitu-
dinem ō̄ metitur totū. Et est motui in tempore esse: mensurari tpe z ipm z eē
eius. Simul eñ et motū et esse mot⁹ mensurat: et h̄ est ipsi in tpe eē mēsurari
ipsum et ipsius esse. Manifestū autem: q̄ in alijs hoc est in tempore esse: mē-
surari esse ipsorum sub tempore. In tempore eñ esse duoꝝ est: alterum vnum
q̄dem esse tunc: quando tempus est: vnum autem sicut quedā dicim⁹: quia
in numero sunt. Hoc autem fcat: aut sicut partē numeri et passionē: z oñino
q̄ nūeri est aliq̄d: aut q̄ est ipsius numerus. Qñ aūt numer⁹ tps ē ipm q̄dē
nūc et pri⁹ et quecunq; sūt hmōi: sic in tpe sūt: sic in nūero vnitas z supflu⁹
z par. Hec q̄dem nūeri aliquid: illa vo tpis aliq̄d sūt. Res autem sicut in nu-
mero in tempore sunt. Si aūt hoc est: continentur ſ̄ numero: sicut que sūt in

loco ꝓ loco. Manifestū aũt est ꝙniam non est in tpe esse: quando tempus est, sicut neq; in motu esse neq; in loco quando locus est et motus. Si eñ erit qꝺ est in aliq̃: sic omnes res erunt in ꝙlibet et celũ in milio. Quando eñ miliuz est: est et celum. Sed hoc ꝺdem accidit illud autem necesse est consequi et ei qꝺ est in tempore esse quoddam tempus. quando et illud est: et ei qꝺ est in motu esse tunc motum Quoniam autem est sicut in numero sic in tempore accipiek ad plus tempus: omni eo qꝺ est in tempore. Unde necesse est omnia que sũt in tempore contineri sub tempore: sicut alia quecunq; in alio sunt: vt ꝙ sũt in loco ꝓ loco. Et patiam aliq̃d sub tempore sicut ꝛ consuevimus dicere quia tabefacit tempus ꝛ senescũt oĩa sub tempore et obliuiscitur propter tempꝰ ꝛ non didicit: neq; nouum factum est neq; bonum. Corruptionis eñ cã per se est tempus: Numerus eteñ motus est. Motus ãt distare facit qꝺ ẽ. Quare manifestum est: quoniam que semper sunt. ſm q semper sunt non sunt in tpe Neq; enim continentur sub tempore: neq; mensuratur esse eorum ꝓ tempore Signum autem huiusmodi: quoniam neq; patiuntur nihil a tempore: tã q̃ non entia in tempore. Quoniam autem est tempus mensuratio motus: erit et ꝺetis metrum ſm accidens. Omnis eñ quies in tempore est. Non enim sicut quod in motu est necesse moueri: sic et quod in tempore est. Non eñ motus tempus est sed numerus motus. In numero autem motum contingit eẽ et ꝺescens. Non enim omne immobile ꝺescit sed priuatum motu: aptum aũt natum moueri: sicut dictum est in prioribus. Esse ãt in numero est esse quendam numerum rei: et mensurari esse ipsius numero in q̃ est. Quare si in tempore et sub tempore est. Mensurabit autem tempus quod mouetur et quiescens: ſm q hoc ꝺdem motum: illud autem ꝺescens Motum enim ipsorum ꝛ ꝺetem mensurabit ſm q ãnta q̃dam. Quare qꝺ mouetur nõ simpliciter erit

mensurabile sub tempore: sm q quantū aliquid est sed sm q mot' ipi' quāte.

Quare quecunq; neq; mouentur neq; quiescunt non sūt in tpe. In tpe enim esse est mensurari tempore. Tempus autem motus et quietis mensuratio est. Manifestum rgitur quoniā: neq; quod nō est omne in tpe erit: vt quecunq; non contingit aliter: sicut dyametron: lateri simetron. Omnino eñ si mensura est tempus motus p se: aliorū autem sm accidens: manifestū est: q; quū esse mensurat: his oibus merit esse et in moueri t quiescere. Quecunq; quidē igitur generabilia et corruptibilia sunt: et oīno que aliqñ quidē sūt aliqñ aūt nō sūt necesse est in tpe esse. Est em quoddam tps plus quod excellit et ipoz et mensurat sbaz. Ipsorum aūt que non sunt: quecunq; continet tps. Alia quidem erant: vt homerus aliquando erat. Alia vero erūt: vt futuroz aliquod et tps vtraq; continet. Et si ad ambo vtraq;: et erant et erunt. Quoz aūt nō continet: nequaq; neq; erit: neq; est: neq; erat. Sunt autē hmōi coz que non sunt quorūcunq; opposita semper sunt: vt a symetron esse dyametron sp est: et non erit hoc in tpe: ergo neq; symetron. Unde semper nō est q; ꝝ ē ei quod semper est. Quorumcunq; autem non semper est contrariū. Hec aūt t possunt esse et non esse: et est generatio et corruptio ipsorum.

Capitulum Sextum de comparatiōe aliquoꝝ ad nunc Que sunt tunc iam modo olim et repente.

Ipsum aūt nūc est ꝓtinuatio tēporis vt dictū est. Continuat eñ tps preteritū et futurū: et oīno terminꝰ tpis est. Est eñ huius quidē principiū: illius aūt finis. Sz h̄ non sicut et linea in puncto manente manifestū diuidit aūt potentia. Et in qu autū quidē huiusmodi est: sp alterꝝ ē ipm nūc. In quantū aūt copulat sp idē est. Sicut et in mathematicis lineis Non eñ sp idē punctū intellectu est. Diuidentiū eñ sp aliud est. Sm aūt q

copulat vnu idēq; penit⁹ est: sic et ipm nūc. Aliud quidē tpis diuisio fm potentiā est. Aliud aūt termin⁹ vtrouīq; et vnitio. Est aūt idē t fm idē diuisio et vnitio: eē aūt non idē ē. Hoc q̄dē igitur sic dicit ipsoz nūc. Aliud autē cū tpus q̄s ē: hui⁹ ppe sit: veniet nūc: q; hodie venit: venit t nūc: q; hodie venit. Sz in ilion facta nō sūt nūc: neq; diluuiū factū ē nūc: tñ tpus ptinuū ē. sz q; non ē ppe. Ipsū aūt tunc tēp⁹ determinatū p pu⁹ nūc ē: vt tūc destructa est troia: et tūc erat diluuiū. Oportz eñ includi ad ipm nunc. Erit eñ quātū aliquid ab hoc tpe in illud: et hoc erit ad preteritū. Si vero neq; tps est: q̄s non sit tunc: oē erit tps finitū. Aut ergo deficiet: aut nō. Siquidē sp ē mot⁹. Aliud igitur aut idē multotiēs. Manifestū q̄ñ: et vtiq; sicut mot⁹: sic t tps est. Siquidem eñ vn⁹ et idē sit mot⁹ aliq̄n erit et temp⁹ vnū t idē: sinā nō nō erit. Qñ aūt ipm nūc pncipiū et finis tpis est: sz nō eiusdem: sz preteriti. quidē finis: pncipiū aūt futuri habebit: sicut circul⁹ quodāmō: et in eodez ambitū et planū: sic et temp⁹ sp in pncipio et fine. Et ppter hoc videt sp alterz. Mō eñ sp eiusdē pncipiū et finalitas ipm nūc. Simul eñ et fm idem opposita essent: et non deficiet itaq; tps sp eñ in pncipio est. Ipsū aūt iaz ppe est pñti athamo nunc ps futuri tpis. Qñ vadet: iā q; ppe ē tps in quo futurz est: et preteriti tpis q̄s nō ꝑcul ē ab ipso nūc. Qñ vadis iam iui. Ilion aūt destrui iam nō dicimus: q; ꝑcul multū est ab ipso nunc. Ipsum autē mō ppe pñti: nunc est pars preteriti. Qñ venit mō si sit tps primū pñti nunc. Olim aūt q̄s ꝑcul. Repēte aūt q̄s insensibili tpe est ppter paruitatem.

Capitulum Septimum qualiter tempus sit causa corruptionis et q; ois mot⁹ et mutatio sit in tpe demonstrat

Utatio aūt ois a natura remotiua est. In tpe aūt oia fiunt et corrūpuntur. Unde et alij quidā sapientissimū dicebant Pictagoricē

aũt paron penit⁹ in disciplinabile: q⁹ obliuiscũt: ĩ ꝟ recti⁹ dicẽs Manifestus igit̃ qm̃ corruptionis magis erit p se cã ꝙ generationis sicut dictũ est pius. Destructiuũ autẽ mutatio p se est. Generationis aũt et ipsi⁹ esse ẽ fm accns. Signũ aũt sufficiens: q⁹ fit quidẽ nihil nisi moueat ipsũ quodãmõ et agat. Corrũpitur aũt cũ nihil moueat. Et hanc maxime solem⁹ dicere ꝟ tpe corruptionẽ. At vero neq; hãc tps facit: ꝟ accidit in tpe fieri et hãc mutationẽ. Qõ quidẽ igitur tps ẽ et quid est: et quot modis dicit ipm nũc et quid ipsuz tunc et quid modo et quid iam: et quid olim et quid repente dictũ est. His aũt nobis sic determinatis manifestũ est ꝙ oẽz mutationẽ: et oẽ qõ mouetur, necesse ẽ moueri in tpe. Veloci⁹ eñ z tardi⁹ dicimus fm oẽz mutationẽ. In oibus eñ sic videtur. Dico aũt veloci⁹ moueri pius transmutãs in ꝟiectuz fm idẽ spaciũ et qõ fm regularẽ motũ mouet: vt i loci mutatione: si vtraq; fm circulationẽ mouet: aut vtraq; fm rectũ: similiter aũt et in alijs Atucro pri⁹ in tpe est. Prius eñ et posteri⁹ dicim⁹: fm ad ipsũ nunc distantiã. Ipm autem nunc terminus preteriti et futuri est. Quare quoniam ipsa nũc in tpe sunt: et prius et posterius in tempore erunt. In quo eñ est ipsũ et ipsius nũc distantia. Econtrario autẽ prius dicit et fm preteritũ temp⁹ et futuz. In preterito quidẽ eñ prius dicimus: qõ longius ẽ ab ipso nũc. Posterius autem z quod prope est. In futuro autẽ prius quidẽ quod propinquius est ipsi nunc. Posterius aũt et quod procul est. Quare qm̃ prius in tpe ẽ: et ad oẽz ãt motum sequit pri⁹: manifestũ ẽ. ꝙ omnis mutatio et motus ois in tpe est.

Capitulum Octauum et vltimum aliquot dubitationes circa naturam temporis mouet et soluit.

Ognum aũt consideratione est et quomodo igitur se habz tempus ad aiam̃: et propter quid in omni videtur esse tempus et in terra

et in mari et in celo. Aut quia motus est passio quedā: vel habitus numerus existens. Hec autem mobilia omnia. In loco eñ sunt omnia. Tempus autē et motus simul sunt et ſm potentiam et actum. Utrum autem cum non sit anima erit vtiq; tempus an non. Dubitabit vtiq; aliquis. Impossibile enim cum sit numerantē esse aliquem: impossibile et numerabile esse aliqd. Quare manifestum est: quia neq; numerus. Numerus eñ aut quod numeratur est: aut numerabile. Si autem nihil aliud aptum natum ē q̄ anima numerare et anime intellectus: impossibile est tempus esse: anima si non sit. Sed autem hoc quod vtunq; ens est tempus vt si contingit motum esse sine aia. Prius autem et posterius in motu sunt. tempus autem hec sunt: ſm quod numerabilia sunt. Dubitabit autem aliquis: et qualis motus tempus numerus sit aut cuiuslibet. Et nanq; fit in tempore et augmentatur z alteratur in tpore et fertur. Sm igitur q motus est sic est vniuscuiusq; motus numerus: vnde motus simpliciter numerus est continui: sed non cuiusdā. Sed est nunc motueri vnum et aliud quorum vtriusq; motus erit numerus. Alterum et alterq; igitur tempus et ſll' duo tempora equalia erunt. Aut non: omne nanq; tps vnum similiter et simul est. Specie autem et quod non simul Si eñ et hi sūt canes illi vero equi: vtriq; autem septem. idem numerus est. Sic enim z motuum simul terminatorum idem tempus est. Sz hic velox fortassis: alius xo non et alius quidem loci mutatio est. Hic autem alteratio. Tempus tñ idem est: siquidem et numerus equalis sit et simul alterationis et loci mutationis et propter hoc motus quiden alteri sunt: et seorsum sunt tempus autē vbiq; idem: quia et numerus vnus et idē vbiq; est qui est equaliū et simul. Qm̄ aūt loci mutatio z huiusmodi circularis: numeratur autem vnumqq; vno ad̄ proximo vt vnitates vnitate: equi vero equo: sic z tempus tempore quod ā

Liber Quintus.

finito. Mensuratur aũt sicut diximus tps qz motu. et motus tpe. Hoc aũt est qz determinato motu: et tpe mensurat motus. qz quãtitas temporis. Si igit quod est primũ mensura oim primorũ circulatio: que regularis mẽsura maxime qz numerus huiusmodi notissimus est. Alteratio quidẽ igitur neq; augmentatio non sunt regulares. Loci autem mutatio est. Vnde et videt tps esse spere motus: qz hoc mensurantur alij motus et tempus hoc motu. Propter hoc autem et consuetũ dici accidit. Dicunt eñ circulum esse humanas res et alioz motũ habentiũ naturalẽ et generationem et corrũptionẽ. Hoc aũt ẽ qz oia hec tpe iudicantur et accipiunt finem et principiũ sicut si fm circulationem fit. Et tps eñ ipsũ videtur circulus quidam. Hoc aũt itez videt ob hoc qz huius loco mutationis mensura est: et mensuratur ipsum ab hmõi. Quare dicere esse rerum que fiunt circulũ: dicere est temporis esse quendam circulum. Hoc autẽ est quia mensurãtur circulatione. Extra eñ metrũ nihil aliud videtur esse q̃ quod mensuratur. Sz aut multa metra totum. Dicitur aũt recte qñ numerus quidem idem est et ouium et canũ: si equalis vtriq; sit. Decem autem non idem. Neq; decẽ eadem sunt: sicut neq; triangulus idem qui est equilaterus et gradatus: et tamen eadem figura est: quia vtraq; triãguli sunt. Idem enim ẽ a quo non differt differentia. Sed nõ a q̃ differt vt triangulus a triangulo differentia differt. Alteri quidem enim trianguli sũt A figura autem non. Sed in eadem diuisione et vna. Figura enim hec q̃dez talis circulus. Alia vo hmõi triangulus. Huiusmodi autem alia quidẽ eqlatex. Alia vo hmõi gradatũ. Figura q̃dẽ igit eadẽ: et h triãgul⁹ eñ ẽ. Triangul⁹ aũt nõ idẽ ẽ Et nũer⁹ iã silr. Nõ eñ differt a nũero dña nũer⁹ hoz Decẽ aũt nõ idẽ ẽ In qb⁹ eñ ẽ dñt: h quidẽ eñ canes. Alia vero equi. Et de tpe quidem ipso et de circa ipsum pp̃rietatibus hac intentione dictum est.

Phisicorum Aristotelis.

Quintus Liber Physicorum Trescō

tinet tractatus quoꝝ primus videlicet ō partibus subiectiuis motus. Quatuor habet capitula. Primū distinguit motū per se a motu per accidens.

Ransmutatur aūt transmutans omne. Aliud q̄dē ſm accidens vt cū dicim⁹ muſicū ambulare: qm̄ cui accidit muſicum eſſe: hoc ambulat. hoc autem in q̄ aliquid huiuſmodi eſt mutari et ſimpliciter dicitur mutari vt quecunq; dicuntur ſm partes: ſanat̄ cm̄ corpus q̄ ocul⁹ aut thorax: hę aūt ptes toti⁹ corporis ſunt. Eſt autē ctā aliquid qō neq; ſm accīs mouetur neq; in eo qō aliq̄d ipſius: ſz in eo q; ipſum mouetur primū. Et h̄ eſt ſm ſeipſū mobile: ſm aūt aliū motū z aliū z alter̄ ē. vt alterabile et alterationis ſanabile: et calefactibile alter̄. Eſt aūt et in mouente ſilr. Aliud quidē em̄ ſm accidens mouet. Aliud vero ſm partē: in eo q; huiꝰ aliqua. Aliud vero p ſeipſū primū: vt medicꝰ quidē ſanat: manꝰ aūt p̄cutit. Qm̄ aūt eſt aliq̄d mouēs primū Eſt aūt z aliud qō mouetur: adhuc in quo tps et preter h̄ ex quo et in q̄d. Oēs em̄ motus a quodā z in quiddam. Alter̄ em̄ eſt qō primū mouetur: et in qō mouetur: et ex quo: vt lignū et calidū et frigidū. hoc aūt aliud quidē mobile ē: aliud xo in qō: aliud xo ex q̄ Motus aūt manifeſtū q; in ligno nō in ſpecie eſt. Neq; em̄ mouet: neq; mouetur ſpēs aut locus: aut quātū h̄. Sz ē mouēs qō mouetur: in id qō mouet. Magis autem in quod q̄ ex quo mouetur: denominabitur mutatio. Vnde corruptio in non eſſe mutatio eſt: q̄uis ex eſſe mutetur qō corūpitur. Et generatio ineſſe q̄uis ex non eſſe. Quid quidem igitur motus ſit dictū ē primus Species autem et locus et paſſiones in q̄ mouentur que mouent immobilia ſunt: vt ſcia et calor. Et dubitabit aliquis ſi paſſiones motus ſunt. Albedo

Liber Quintus

autem et passio est: erit enī in motu mutatio: et fortassis nō est albedo motꝰ: ſz albatio. Est aūt ꝛ in illis et qs est ſm accīs: et qō ē ſm partē: et ſm aliud: et quod primo est et nō ſm aliud: vt id qō fit albū in id qō intelligit mutari ſm accīs. Coloui enī accidit intelligi: in colorē aūt: qr ps albū colouis ē: et in europā: qr ps europe athene sunt. In albū āt colorē p se. Quō quidē igit p se mouet: ꝛ quō ſm accīs: ꝛ quō ſm aliud aliqd: et quō ipm primū in mouēte ꝛ in eo qō mouet: manifestū ē: et qꝫ motꝰ nō in specie: ſz in eo qꝫ mouet ꝛ mobili ſm actū sit. Szm qdē igit accīs mutatio dimittat. In oībus enī ē ꝛ sp ꝛ oīm qō vo nō ſm accīs ē: non est in omnibus: ſz in ptrarijs ꝛ medijs ꝛ in ꝓdictiōe huius aūt fides ex inductione est. Ex medio autem mutatur: vtitur enī ipo sicut qō est contrariū ad vtrū ꝓ. Est enī qōammō mediū vltima: vnde ꝛ hoc ad illa et illa ad ḣ qōāmodo dicunt contraria: vt vox media: grauis ad vltimā: subtilis ad extremā: et fuscū albū ad nigrū et nigrum ad album.

Capitulum Secundum de mutationis diuisione.

Quoniam autē oīs mutatio est a quodā et in quod dā. manifestat ꝛ vtiqꝫ hoc nomen: post aliud enī aliquid et aliud qdē prius aliud aūt monstrat posterius et mutabit mutans quadrifarie. Aut enim ex ſbiecto in ſubiectū: aut ex subiecto in non subiectū: aut ex non subiecto in subiectū aut ex non subiecto in non subiectū: Dico aūt subiectū ex affirmatione monstratum. Quare necesse est ex his que dicta sunt tres esse mutationes: scilicz ex subiecto in subiectū: et ex subiecto in non subiectum et ex non subiecto in subiectū. Que enim est ex non ſbiecto in non subiectum non est mutatio: propter hoc qꝫ non est ſm contrapositionem. Neqꝫ enī ptraria neqꝫ ꝓtradictio est. Ex non subiecto quidem igitur in subiectum mutatio ſm contradictionem

generatio est. Alia quidē igitur simpliciter simplex Alia vero quedā cuiusdā vt ex non albo in album generatio quidē huiusmodi est. Que vero ex nō eē simpliciter in substantiam est: generatio simplex est ſm quam fieri ⁊ nō fieri simpliciter dicimus. Que vero ex subiecto in non subiectum corruptio est: Simpliciter quidem que ex substantia in non esse est Quedam autem ē que est in oppositam negationē sicut dictum est in generatione. Si igit quod nō est dicitur multipliciter: et neq̄ qō nō est ſm compositionem aut diuisionem. contingit moueri: neq̄ quod est ſm potentiam quod ei qō est simpliciter ſm actum oppositum est. Hoc quidē enim non albū aut non bonum tamen contingit moueri ſm accidens. Erit eñ homo non albus. Quod autem simplr non hoc aliquid est hoc nullo modo contingit moueri. Impossibile est enim q̄ non est moueri Si autem hoc et generationem esse motum impossibile erit fit enim qō non est: si enim et qō ex non ente maxime ſm accidens fit: sed tñ verum est dicere qō est qō non est de eo qō fit simpliciter: similiter autē et qescere. Hec igitur accidunt inconuenientia: si moueatur qō non est Et si omne qō mouetur in loco est quod autē non est: non est in loco. Esset enim alicubi. Neq̄ iam corruptio motus est contrarium quidem eñ motui motus ūt qes. Corruptio autem generationi contrarium est Quoniam autē motꝰ mutatio quedam est: mutationes autem tres sunt dicte. Harum autem q̄ sunt ſm generationem et corruptionē nō sunt motꝰ. Hec aūt sūt ſm ꝓtradictionē necesse est ex subiecto in ſbiectū mutationē motū eē solū: ſbiecta aūt aut ꝯria aut media et ꝑuatio eñ ponit ꝯriū et monstrat affirmatione nudū ⁊ albū ⁊ nigr.

Capitulū Tercīū de motus diuisione.

Igitur predicamenta diuisa sunt substantia et qualitate et vbi et quando et ad aliquid et quantitate et facere et pati necesse est tres

esse motus quantitatis et qualitatis: et sm locū. Sm substantiam aūt nō ē motus propter nullum entiū substantie contrariū esse. Neq; est in ad aliquid contingit eñ altero mutante verū esse alterū nihil mutans. Quare sm accīs motus hoc est. Neq; agentis neq; pacientis neq; omnis q mouetur aut mouentis qz nō est motus motꝰ: neq; generationis generatio: neq; oino mutationis mutatio. Primū quidem eñ cōtingit duplr motꝰ esse motū. Aut sicut subiecti: vt homo mouetur: qz ex albo in nigrū mutatur sic et motus: aut calescit: aut frigescit: aut locū mutat: aut augmentatur aut diminuit. Hoc aūt impossibile est. Nō eñ subiectoꝝ aliqs ē mutatio. Aut in mutando alterum aliqs subiectū ex mutatione in aletram speciē: vt homo ex egritudine in sanitatem. Sz neq; hoc possibile est nisi sm accīs. Hic eñ motus ex alia specie in aliam mutatio est. Et generatio et corruptio similiter: p;etet q he sunt in oppositā sic motus aūt non similiter: simul igitur mutabitur ex sanitate in egritudinem et ex ipsa hac mutatione in aliam. Manifestum autem qō cum infirmetur mutatus erit in quamlibet. Contingit eñ quiescere. Et amplius non incontingentem semper. Et illa ex quodam in qōdam alterū ē. Quare z opposita erit sanatio. Sed sm q accidit: et si ex recordatione in obliuionē mutatur qñ cui ineſt illud mutatur aliqñ in scientiā aliqñ ↄo in sanationem. Amplius aūt in infinitum vadit si erit mutationis mutatio et generationis generatio. Necesse est igtr esse primā si vltima erit vt si simpliciter generatio fiebat aliquando et qō fiebat. Quare nondū erat qō fit simpliciter: sz aliqd cum fit et factū est iam z iterum fiebat hoc aliquando. Quare nōdū erat tlie qō fit. Qñ aūt infinitorum non est primū: non erit quid vltimū: quare neq; habitū neq; fieri igitur neq; moueri possibile est: neq; mutari nihil. Amplius eiusdē motꝰ ptrariꝰ est: et adhuc quies: generatio et corruptio. Quare qō fit

tum fiat qđ fit tunc corũpit. Neq; eñ cũ mot fit neq; posteri⁹ esse eñ oportet qđ corũpit. Amplius oportet materiã ẜbesse et ei qđ fit z mouenti. Quę igit erit materia sicut alterabile vt aut corpus aut aĩa: sic aliqd qđ fit motꝰ aut generatio. Et iteq; aliquid in qđ mouet. Oportet eñ aliquid eẽ hmõi ex qb et in hoc motũ nõ motũ aut generationẽ. Siliter aũt et quõ erit. Non eñ erit doctrina, q̃ doctrine generatio Quare neq; generatiõis generatio: neq; que p⁹ eiusdem. Amplius si tres spẽs sunt motus: hoz aliquã necesse est esse ẜbiectã naturam et in quã mouet: loci ergo mutationem alterari autem ferri

Dino autẽ qđ mouet õe qđ mouet tripl̃: aut in eo qđ est ſm accñs aut qz ps aliq̃: aut quia p se ſm accidens solũ contingit mutare mutationem: vt si qs sanus sit cũrat aut discat. Hanc autem ſm accidens dimisimus olim.

Capitulum Quartum q̃ in quantitate qualitate et vbi sit motus declarat.

Moniam autẽ neq; substantie: neq; ad aliquid: neq; ipsius facere: aut pati relinquitur ſm quale aut quantũ et vbi motũ esse solũ: in vno quoq; eñ hoz motus est contrarietas. Motus quidẽ igitu ſm quale alteratio sit: huic eñ alludit cõmune nomẽ. Dico autem quale non in ẜba: et nanq; differentia quale est: sed qđ passiuum ſm qđ dicitur pati: aut inpassibile esse. Qui vero ſm quantũ ſm cõmune quidẽ innoiat⁹ est: sed ſm vtrũq; aut augmentũ aut decrementũ: qui quidem est in perfectam magnitudinẽ augmentum est: qui vero ex hoc decrementum. Qui autem est ſm locũ z ſm propium et cõmũe innoiatus est. Si autẽ latio vocata qđ ꝓmũe ẽ. Quãuis dicantur ferri ẜ sola ꝓpie: cũ nõ in seipsis sit stare mutantib⁹ locũ Et q̃cũq; nõ seipsa mouent ſm locũ. Que aũt est in eadẽ specie mutatio: in magis et min⁹ alteratio est Aut eñ ex ꝓtrario in ꝓtrariũ mot⁹ ẽ aut simpliciter aut sic,

Liber Quintus.

Jn minus quidem eñ vadens in contrarium dicetur mutare: Jn magis aũt tanq̃ ex contrario in ipsum. Differt eñ nihil fm quid mutare aut simplicit: nisi q̃ sic indigebit contraria esse. Magis autem et minus est in quo pl⁹ aut minus contrarij insunt aut non. Quod quidem igitur hi tres soli motus sũt ex his manifestum est. Jmmobile autem est qđ omnino impossibile ẽ moueri sicut sonus inuisibilis. Et qđ multo tempore vix mouetur: aut qđ tarde incipit: quod dicitur grauiter mobile. Et qđ aptum natum est moueri et possibile: non mouetur autem tunc: cum aptum natum est et vbi: et sic: quod q̃dẽ quiescere voco immobilũ solum. Contrarium enim quies motui est. Quare pũuatio erit susceptiui. Quid quidẽ igitur motus et quid quies et quot mutationes: et quales motus: manifestum ex dictis

Tractatus Secundus huius Quinti

duo habet capitula. Primũ capitulum definitiones aliquoz premittit

Ost hec autem dicamus quid est simul et quid est tangere et quid est medium: et quid consequenter et quid habitum et quid continuum et in qualibet re vnumquodq̃ horum esse aptum natum sit. Simul q̃dem igitur dicuntur hec esse fm locum: quecunq̃ in vno loco sunt primo. Separatim autem quecunq̃ sunt in altero. Tangere autem quorum vltima simul. Medium vero in quod aptum natũ est primũ pertingere mutãs: quã in quod vltimũ mutat fm naturam continue mutans. Jn minimis autem ẽ medium tribus: vltimũ quidem eñ mutationis contrarium est. Continue ãt mouetur qđ nihil autem paucissimũ deficit rei: non temporis. Nihil enim p̃hibet deficientem rei non temporis: et statim autem post hypatũ .i. primaz sonare vltimã fz rei in q̃ mouet. Hoc ãt z in his que sũt fm locũ. z in alijs manifestũ ẽ. Cõtrariũ ãt fm locũ ẽ: fm rectitudinẽ distans plurimũ

Minima eñ finita Metrum autem finitum est. Consequenter ãt q cũ post primũ solũ sit: aut positione aut specie: aut aliquo sit determinatoꝛ: nullus medius est eoꝛ que sunt in eodẽ genere et cuius consequenter est. Dico autem vt linea linee fm q sunt linee: aut vnitatis vnitas: fm q sunt vnitates. aut domus domus Aliud aũt nihil phibet esse mediũ. Consequẽt aũt ẽ alicui. conse quẽter ac posterius aliquid est. Nõ eñ vnũ ꝓsiter ẽ duobus: neq noua luna secunde ꝓsiter: licet hec illi. habitũ aũt ẽ qõ ꝓsiter ẽ cũ tangat. Eñ ãt ois mutatio in oppositis est: opposita aũt contraria: et q̃ fm cõtradictionẽ sunt/contradictionis autem nihil medium manifestũ est: q in contrarijs erit medium. Continuum autem est quidem habitũ aliqõ Dico autem esse continuum qõ idẽ fiat et vnus vtriusq terminus coꝛ que tangunt: et sic significeat nomen continuũ quia contineatur. Hoc autẽ esse nõ põt cũ duo sint vltima Sz hoc determinato manifestum est. q in his est quidẽ continũ ex ꝗbus vnũ aliqõ aptum natum est fieri fm contactum. Et sicut aliquando fit continuũ vnũ sic et totũ erit vnũ: vel aut penetratione aut latione: aut collatione aut tactu aut adnascentia aut insertu. Manifestũ autẽ qõ primũ ꝓsiter Contactum quidẽ eñ est necesse consequenter esse. Quod ꝓsiter aũt non oẽ tangere: vnde et prioribus rõne ꝓsiter est: vt in numeris. Tactus autẽ nõ est. Et siquidem continuũ ẽ necesse est tangere. Si vero tangit nondũ cõtinuus est. Non eñ necesse ẽ vnũ esse ipsoꝛ vltima: si sic sunt: sed si vnũ sũt necesse est et simul esse. Quare insertus vltimus est fm generationem. Necesse ẽ eñ tangere si adunata erunt vltima. Contacta autẽ non oĩa adunata sunt. In quibus autem non est tactus: manifestũ est q non ẽ consert' in his. Quare si ẽ vnitas et pũctũ: q̃lia dicũt separata. Nõ ĩpossibile eẽ vnitatẽ t pũctũ idẽ. His q̃dẽ ineſt tãgere: vnitatib' aũt ꝓsiter. Et hoꝛ quidẽ contingit eẽ mediũ

Liber Quintus.

Omnis eñ linea mediū pūctoꝝ est haꝝ aūt nō est necesse. Nullus eñ mediū est dualitatis ꝛ vnitatis. Quid quidē igitur ē simul et extra. Et quid tāgere et quid medium et quid consequenter et quid habitum et quid continuum: et in qualibet vnūquodq; eoꝝ ineſt dictū est.

Capitulum Secundum Unitatem et diuersitatem motus declarans.

Mus autem motus dr multipliciter. vnū quidem eñ multipliciter dicimus. Genere quidē igit vnus ē ſm figuras predicamēti. Loci mutatio quidē eñ omni loci mutationi genere vna est. Alteratio aūt a loci mutatione altera genere est. Specie autem vn⁹ est: cū genere vnus. et indiui dua specie sit: vt coloris quidē sunt dñtie. Jam igitur ali⁹ specie denigratio et dealbatio. Omnis autem dealbatio omni dealbationi idem ſm spēz erit et ois denigratio denigrationi Albedini aūtē non ampli⁹: vnde specie vnis dealbatio dealbationi oi. Si autem sunt quedam que et genera sit ꝛ species sunt: manifestū ē q; vt specie vnus erit: simplr aūt vnus specie nō vt doctrī natio sed scientia quedā species existimationis: genus aūt sciaꝝ aliaꝝ. Dnbitabit autem aliquis: si specie vn⁹ mot⁹ sit cū ex eodē idē in idem mutetur: vt vnū punctū ex hoc loco in hunc locū iterū ꝛ iterꝝ Si aūt hoc ē erit circulatio rectitudini eadē et volutatio ambulationi. Aut determinatū est id in q̄ est si alterū ē specie qm alter mot⁹ est. Circulare aūt a recto alterū specie ē Genere quidē igitur et specie mot⁹ vnus sic est. Simplr autē vnus mot⁹ ē q; sba q̄dē vn⁹ et nūero est. Quis aūt huiusmōi sit manifestū ē diuidentib⁹. Tria enim sunt ſm nūeꝝ circa que dicimus motū: vnū qō et in quo et qñ. Dicō autē qō qñ necesse est aliquid esse qō moueꝝ: vt hominē aut auꝝ. Et in aliquo ℔ moueri vt in loco aut in passione et qñ. In tempore eñ oē mouetur. Hoꝝ autem

genere quidē aut specie esse vnū est in re in qua mouetur. Habitū erat in tpe.
Simpliciter aūt vnū in omnibus his est Et nāq; in quo est vnū oportet esse
et indiuisibile vt speciem. Et ipsum quando vnū tempus et non deficiēs Et
qō mouetur vnū esse: non ſm accidens: vt album nigrū fieri: et chouiscū am-
bulare vnum aūt est couiscum et albū: sed ſm accidens. Neq; cōmūe esset eīn
duos homines simul sanari ſm eandem sanitatē vt obtalmie sed non vnus
hic est ſz specie vn⁹ est. Socratem aūt ſm alterationem eandē alterari specie.
In alio autem tempore et iterū in alio siquidē contingit coruptū iterū vnū
fieri numero: erit et hic vnus si vero non: idem quidē vnus autē non. Habz
āt dubitationē huic similē et vtq; vna sanitas et omnino habit⁹ et passiones
substantie sint in corpoubus. Mouari nanq; videntur habentia et fluentia.
Si igitur eadem et vna que diluculo et nunc sanitas quare nō et cū deficiēs
accipiat iterum sanitatē et hec et illa vna numero erit. Eadem eīn ratio est
nisi qō in tīn differt. Quare si quidem duo idē sicut numero vnus et habitus
esse necesse est: vnus eīn numero: actus vnus numero si vero habitus vnus
est fortassis non alicubi videbitur vnus et actus esse. Cū eīn pauset ambulās
non amplius est hec ambulatio. Itez aūt ambulante erit: si igitur vn⁹ z idē
est: contingit vnū et idem corumpi et esse multotiens. Ihe quidē igitur sūt
dubitationes extra que nunc est intentionē. Qīn aūt continuus est omnis
motus simplr qīn vnū necesse est esse continuū esse siquidē ois diuisibilis ē et
si continuus vnus. Non eīn ois fiet continuus omni sicut neq; aliud nulluz
contingenti contingens ſz quoz vnū sunt extrema: vltima autē aliorū non
sunt quidē: aliorum aūt sunt: sed specie diſtia et equiuoca sunt. Quō nanq;
tanget aut vnū fiet vltimū linee et ambulationis. Habiti quidē igitur sunt:
et que neq; idē spē neq; idē genere sunt. Currens eīn aliqs statim febricitabit

Et vt lampas ex diffusione loci mutatio ē habita. ꝓtinua aūt nō. ponit eā ꝓtinuū quoꝝ vltima vnū sunt. Quare habiti et ꝓiter sunt quoꝝ tps ꝓtinuū est: continuū aūt est quo motꝰ. Hoc aūt est cū vnū vltimū fiat ambobꝰ. Ūn necesse est eundem fm speciem esse et vniꝰ mobilis et in vno tpe simplr continuum motū et vnū Tempore quidē vt non īmobilitas intersit Indeficiēti eā quiescere necesse est. Adulti igit̄ ꝛ nō vnꝰ motus est quoꝝ qnies in medio est. Quare si aliquis motus statu occupet̄ neq; vnꝰ ē neq; continuꝰ: Interciꝑit aūt si in medio tps est. Qui aūt specie nō vnꝰ motꝰ ē: ꝛ si nō deficiat tps Tps quidē eā vnū est: Species aūt aliꝰ: vnū quidē eā necesse est: et spē vnuꝫ esse hunc autē simplr vnū eē nō ē necesse. Quis igit̄ motꝰ quidē simplr vnꝰ dictū ē. Amplꝰ aūt ōr vnꝰ et perfectꝰ siue fm gūs siue fm speciē siue fm sūaꝫ sit sicut et in alijs ꝑfectū et totū vniꝰ est. Est aūt aliq̄ et si impfectꝰ sit: vnꝰ ōr si solū sit continuꝰ. Amplꝰ aūt aliter ꝓeter ꝓdictos dicitur motus vnus regularis: irregularis eā nō videt̄ vnꝰ ſꝫ magis regularis sicut rectꝰ. Irregularis eā dīuisibilis est: videt̄ aūt differre sicut magis et minꝰ. Est aūt ꝛ in oi motu qō regulariter ē aut nō Et nanq; alterabit̄ regularit̄ ꝛ ferē irregularit̄ vt circulo: aut rectitudine et circa augmentū et ſir et decremētū. Irregularitatis aūt dūtia est aliq̄ quidē in q̄ mouet̄. Impossibile eā est regularē esse motū in nō regulari magnitudine: vt reflexi motꝰ: aut obliq aut aliꝰ: magnitudines quaꝝ nō ꝙuenit ꝓtingens in cōtingētē ꝓtē. Aliq̄ aūt neq; in vbi neq; in q̄: neq; in qō: ſꝫ in eo qō vt est. velocitate eā et tarditate aliq̄ determinat̄. Cuiꝰ quidē eā velocitas est eadē. regularis ē: cuiꝰ aūt nō irregularis est. Unde neq; spēs motꝰ neq; dūtie sūt velocitas et tarditas: q̄ oēs sequūtur dūtes fm spēz. Quare neq; leuitas neq; grauitas ꝓducens ad vnū ꝛ eūdem locū que in idem est: vt terre ad ipam aut ignis ad ipsū. Unꝰ quidē igit̄

irregularis est qui est continuus. Minus aūt qō quidē reflexiuo accidit mouei. Qō aūt minus cōmixtio sp contrarij. Si aūt vnū omnē contingit et regularē esse: et nō erūt q̄ non ſm speciē habiti ipſi vn⁹ et continu⁹. Quō enīz erit regularis ex alteratione ꝓpoſit⁹ et loci mutatione. Indiget eīm ꝓuenire.

Tractatus Tertius Tria continet capitula. Primum capitulū est de contrarietate motuum.

Adplius aūt determinandū est qualis motus ꝓtrari⁹ motui: et de mansione eodē modo Sz primo determinandū est vtz contrarius motus sit qui est ex eodē: ei qui est in idem vt qui est ex sanitate ei qui est in sanitatē: vt generatio et corruptio videntur. Aut que ex contrarijs vt q̄ ex sanitate ei que est ex egritudine. Aut qui est in contraria: vt q̄ est in sanitatē ei qui est in egritudinē. Aut qui est ex contrario ei q̄ ē in contrariū vt q̄ est ex sanitate ei qui est in egritudinē. Aut qui ex contrario in contrariū ei q̄ est ex contrario in ꝓtrariū: vt q̄ ē ex sanitate in egritudinē ei q̄ ē ex egritudine in sanitatē. Necesse est eīm aut vnū quendam hoz esse modoz aut plures. Mō eīm est aliter contraponere. Est aūt qui quidē ex contrario ei qui est in contrariū non contrari⁹: vt q̄ est ex sanitate ei qui ē in egritudinē. Idē eīm et vnus est. Esse q̄dē igitz non idē est ipsis: sicut nō idē ē ex sanitate mutare ī egritudinē Neqz q̄ est ex contrario ei qui ē ex contrario Simul q̄dē eīm accidit mutari ex contrario in contrariū aut in mediū. Sed de hoc quidē posterius dicemus. Sed magis in contrarium mutare videbitur vtiqz causa esse contrarietatis qz ex contrario. Hic quidem enim mutatio contrarietatis: ille vero acceptio. Et dicitur aūt vnus quisqz in quod mutat magis qz ex quo: vt sanatio in sanitatem egrotacio aūt in egritudinem. Relinquitur autē qui est in contraria et qui est in contraria ex contrarijs. Fortassis quidem igitur accidit hos q̄ in

contraria ex contrarijs esse. sed esse fortitan non idem Dico aũt q̃ in sanitatẽ ei qui ex egritudine: et qui ex sanitate ei qui in egritudinẽ Qm̃ autem differt mutatio a motu. ex quodam em̃ subiecto in quoddam subiectũ mutatio ẽ motus q̃ est ex contrario in contrariũ ei qui est ex contrario in contrariũ. motus contrarius est: vt qui est ex sanitate in egritudinem et q̃ est ex egritudine in sanitatem. Manifestũ est aũt ex inductione qualia videntur contraria esse. Egrotari em̃ ipsi sanari: et ipsi addiscere decipi permutatum non per ipsum Incontraria em̃ sicut enim in scia est sic et indeceptione et per ipm habere et per aluũ Et surſũ motꝰ ei qui est deorſũ. Contraria em̃ hec sũt in longitudine Et qui est ad dexterã ei qui est ad sinistram: ꝓtraria em̃ hec sũt in latitudine et qui est ante: ei qui est retro: contraria enim hec sunt in altitudine. Qui ãt est in contrarium solũ non est motus ſz mutatio: vt fieri albũ non ex q̃dã est Quibus aũt non est contrariũ quiest ex ipo ei qui est in ipsum mutatio ꝓria est. Vnde generatio corruptioni contraria est: et remotio acceptioni. Hꝫ aũt mutationes quidẽ motꝰ aũt nõ sunt. Qui aũt vt in medium motꝰ sũt q̃busc̃q; contrariorꝫ est mediũ tã̃q; in contraria quodãmodo ponendi sunt sicut em̃ ꝓrio vtiq; medio motus in vtraq; vtiq; mutetur. vt ex fusco quidẽ in albũ tã̃q; ex nigro et ex albo in fuscũ tã̃q; i nigrũ. ex nigro ãt in fuscũ tã̃q; in albũ fuscũ: mediũ ãt ad vtrũq; ꝺi quodãmõ vtrq; vltiorꝫ sic dictũ ẽ puꝰ. Amotꝰ q̃dẽ igit ꝓriꝰ ẽ sic q̃ ẽ ex ꝓrio in contrariũ ei q̃ ẽ ex contrario in ꝓtrarium

Capitulum Secundum de contrarietate quietum.

Voniam aũt motui non solũ videtur esse motus contrariꝰ: sed et quies hoc determinandũ est simpliciter quidẽ contrarius est motus motui. Opponitur autem et quies pᷣuatio cm̃ est Est aũt sic. ex pᷣuatio

contraria dicetur. Qualis aũt quali vt ei qui est fm locũ que fm locũ. Sed ꝫ
non dicitur simplr: vtrũ eñ ei qui est hic mãsioni qui est ex hoc aut qui est ex
hoc aut qui est in hoc motus opponitur. Manifestũ igitur est quoniã in duo
bus motus subiectis est huic quidem ꝙ ex hoc in contrariũ: que est in ꝫ des
huic aũt que ex contrario in hoc que in contrario quies. Simul aũt ꝛ adin-
uicem contrarie he sunt. Et nanq; inconueniens est si motus quidẽ ꝓtrarij sũt.
Quietes aũt oppositẽ nẽ sunt. Sunt aũt in oppositis he vt ꝙ in egritudine
quies ei que est in sanitate. Motui aũt ei qui est ex sanitate in egritudinẽ: ei
eñ qui est ex egritudine in sanitatem irrationabile. Qui eñ in ipso motus ẽ
in quo stetit quietatio magis est fm ꝙ accidit simul fieri motui. Necesse aũt
est aut hanc aut illam esse. Non enim que est in albedine quies: contraria ei
que est in sanitate. Quibus autem non sunt contraria horum mutatio ꝙdem
est opposita que est ex ipso ei qui est in ipm: motus aũt nõ est vt: que ex esse ei
ꝙ est in esse quies quidẽ hoc non est: immutatio aũt est. Et ſ siquidẽ aliqd
esset subiectũ que inesse non mutatio ei que est in non esse contrario erit. Si
vero non est aliquid qõ non est dubitabit aliquis cui sit contraria ꝙ est in eẽ
nõ mutatio. Et quies est. Si aũt hoc est: aut nõ ola quies motui contraria ẽ.
aut generatio et corruptio motus sunt. Manifestũ igitur ꝙ quies nõ dicẽda
est: si nõ et he motꝰ Sile aũt aliqd ẽ ꝛ imutatio: Cõtraria aũt ẽ aut nulli aut
ei que est in nõ esse: aut corruptioni. Hec eñ ex ipa gnatio aut in ipsam.

Capitulũ tertium et vltimum quedam dubia mouet et solut circa premissa.

Dubitabit aũt aliquis quare in mutatione quidem fm locũ sunt: et
fm naturam: et extra naturã et quietes et motus: in alijs autẽ nõ:
vt alteratio: hec quidem fm naturam illa autem extra naturam: nihil enim

magis sanatio aut egrotatio fm naturam aut extra naturā neq; dealbatio neq; denigratio. Similiter autem est et in augmento et decremento. neq; ad inuicem hi cōtrarij vt fm naturā: hi aūt extra naturā. Neq; augmentū augmento. Et in generatione aūt et corruptione eadē rō est. Neq; ghatio qdem fm naturā: corruptio autē extra naturā Senescere eñ fm naturam est Neq; generationem videm⁹ aliā quidē fm naturā: aliā vero extra naturā. Aut si est q; violentia fit extra naturam: tūc et corruptio erit corruptioni contraria que violenta: vt que extra naturam ei que fm naturā. Ergo nature et generationes quedā sunt violente et non fatate quibus ꝓrie sūt que sunt fm naturam Et augmenta sunt violenta et decrementa: vt augmenta q̄ velociter propter alimentū pubescentium sunt: et triconta cito adaucta et nō ostricea. In alteratione aūt qualiter aut simpliciter. Erunt eñ alie quidē violente: alie vero naturales: vt dimissi non in creticis diebus: alij aūt in creticis: alij quidē extra naturā alterantur: alij vero fm naturam. Erūt igit̄ corruptiones contrarie adinuicem nō generationi: et quid prohibet est eñ sic. Et nanq; si hec quidem dulcis: illa vero tristis est: quare non simpliciter corruptioni corruptio contraria est sed hec quidē huiusmodi: alia vero huiusmodi harū est

Omnino quidem igitur contrarij motus et quietis: dicto mō sunt. vt qui est sursū ei qui est deorsū. Loci eñ contrarietates he sunt. Fertur aūt sursū qdē, motū natura ignis: deorsū vero terra. Et cōtrarie ipox loci mutationes sūt. Ignis aūt sursum quidē natura: deorsū aūt extra naturā. Et contrarius ē q est fm naturam ipsius ei qui est extra naturam. Et quietes autem similiter. Que nanq; est sursum quies qui est desuper deorsum motui contraria ē. Fit aūt terre. Illa autē quies extra naturā: motus aūt hic fm naturā quare motui quies contraria que est extra naturā ei que est fm naturā eiusdē Et mot⁹.

Phisicorum Aristotelis.

